

HEINRICVS PRIMVS AVSTRIAЕ DVX.



**H**einricus filius fuit S. Leopoldi & Agnetis filie Heinrici 4. Cesaris. Is in omnib. uirtutibus a pijs parētibus educatus, post fratrem Leopoldū octauus & ultimus Austriae marchio electus est, quam etiam 35. annis magna opū accessione fœlicissimè gubernauit. Nam omniū statrū superstes existens eorum hæreditates asseditus erat. Fuit is egregius & religiosus princeps, nec minus tractādis armis & uincēdīs hostibus celebris. Itaq; cum Conradum regem in Saxoniam comitaretur, Lotharij Imperatoris filia Gertrudis ei despōsata fuit. Erat hæc Heinrici superbī Saxoniæ et Bauariæ ducis filia. Itaq; Conradus Heinrici filio excluso hūc Bauarię quoq; ducē cōstituit. Verū illa altero statim anno nulla prole suscepta obiit. Postea 1147.